

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Venerabilis Beda presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

intentat. & tamen sustinet.
 Et ideo differt uenire. ut
 minus inueniat quos con-
 demnat. Puniamus fletib.
 culpas. et cum psalmistae uo-
 ce praeueniamus faciem ei
 in confessione. Uoluptatū
 fallacia nos ergo nulla deci-
 piat. nulla uana laetitia se-
 ducat. In proximo namq. est
 iudex qui dixit. Uae uob.
 qui ridetis nunc. quia luge-
 bitis et flebitis. hinc enim
 salomon ait. Risus dolore
 miscebitur. et extrema gau-
 dii luctus occupat. hinc
 iterum dicit. Risum depu-
 tau errorum. et gaudio di-
 xi. quid frustra deciperis.
 Hinc rursus ait. Cor sapientiu
 ubi tristitia est. et cor stul-
 torum ubi laetitia. Per-
 mescamus igitur praecepta
 dī. si celebramus ueraciter

sollemnitatem dī. Gratū
 namq. dō sacrificium est.
 Afflictio contra peccatum.
 psalmista testante qui ait.
 Sacrificium dō. sp̄s contribu-
 latus. Peccata nr̄a praete-
 rita in baptismatis p̄cepti-
 one laxata sunt. et tamen
 post baptismum multa com-
 misimus. sed lauari iterum
 baptismatis aqua non pos-
 sumus. Quia ergo et post
 baptismum inquinauimus
 uitam. baptizemus lacri-
 mis conscientiam. Quate-
 nus regionem nr̄am per uia
 aliam repetentes. qui ex ea
 bonis delectati discessimus
 ad eam malis amaricati re-
 deamus. **I N O C I . T H I O P H .**
I L E C . S C I . I V . S E C . M A T H .
I N I L L O T E M P . V E N I T I H C
 a galilea in iordanem ad iohan-
 nem ut baptizaretur ab eo. & itq.

OMEL. VENER. BEDI.
P. BRI. DE EADEM. LEC.

LECTIO

sci euangelii quam modo fr̄s
audiuimus. magnum nobis
et in dño et in seruo dat per-
fectae humilitatis exemplū.

In dño quidem. quia cum sit
dn̄s. non solum ab homine
seruo baptizari. sed etiam
ipse ad hunc baptizandum
uenire dignatus est. In ser-
uo autem. quia cum sciret
praecursorem se ac baptistā
sui saluatoris esse destinatū.

memor tamen propriae
fragilitatis. iniunctum sibi
humiliter excusauit offi-
cium dicens. Ego ate de-
beo baptizari. et tu uenis
ad me. Sed quia omnis qui
se humiliat exaltabitur.
et dn̄s qui in forma hominis

propter homines instruendos
humilis apparuit. mox adō
patre quantum super homi-
nes. immo etiam super ange-
los. & super omne quod cre-
atum est emineret apparu-
it. uoce delapsa ad eum hu-
iusmodi a magnifica gloria.

Hic est filius meus dilectus.
in quo mihi complacui.

Et fidelissimus atq. humillim⁹
seruus ille iohannes. qui ba-
ptizari ad dñō quam dn̄m ba-
ptizare magis optauit. &
ipsum baptizare dn̄m. &
apertis suae mentis oculis.

descendentem super eum
sp̄m. praeceteris mortalib.
uidere promeruit. Uerum
quia breuiter ista praeliba-
uimus. latius iam cuncta
exposituri. ipsum sacrae le-
ctionis uideamus exordiū.

Tunc uenit inquit ih̄c in ior-

danen ad iohannem. ut baptiza-
retur ab eo. Uenit filius dei
baptizari ab homine. non
anxia necessitate abluendi
alicuius sui peccati. qui pecca-
tum non fecit ullum. nec in-
uentus est dolus in ore eius.
sed pia dispensatione. ablu-
endi omnis nostri contagione
peccati. qui in multis offen-
dimus omnes. Et si dixerimus
quia peccatum non habemus.
nos ipsos seducimus. et ueri-
tas in nobis non est. Uenit
baptizari in aquis ipsarum
conditor aquarum. ut no-
bis qui in iniquitatibus con-
cepti. et in delictis sumus ge-
nerati. secundae natiuitatis
quae per aquam et spiritum ce-
lebratur appetendum in-
sinuaret mysterium. Digna-
tus est lauari aquis iordani-
cis. qui erat mundus a sordibus.

cunctis. ut ad diluendas nostrorum
scelerum sordes. omnium flu-
enta sanctificaret aquarum.
Sed quia humillimam domini dis-
pensationem. ex lectione
euangelica cognouimus.
etiam serui humillimam o-
beditionem. sollicita inten-
tione uideamus. Sequitur
Iohannes autem prohibebat eum
dicens. Ego a te debeo ba-
ptizari. & tu uenis ad me.
Expauit illum ad se uenisse
ut baptizaretur aqua. cui
nulla inerat quae baptismo
tergeretur culpa. Immo qui
per sui gratiam spiritus. cunctam
credentibus mundi tolleret
culpam. Unde recte intel-
legitur. quod hic dicit io-
hannes. ego a te debeo ba-
ptizari. hoc esse. quod apud
euangelistam iohannem
illo ad se ueniente dixisset.

narratur. Ecce agnus dei. ecce
qui tollit peccata mundi.
Ab illo enim debuit ipse iohan
nes baptizari. id est a pecca
ti originalis contagione mun
dari. quo quamuis nullus in
ternatos mulierum maior.
tamen quasi natus ex mulie
re. culpaeneuo non carebat.
Ideoq. cum caeteris mulieru
natis. ab eo qui natus ex uir
gine. de sine carne apparuit.
opus habebat abluui. Quoer
go scriptum est. Quid est ho
mo ut immaculatus sit. & ut
mundus appareat natus ex
muliere. Jure timuit homo.
quamuis scis. natus tamen ex
muliere. & ob id a culpa ma
cula non immunis. baptiza
re dnm quem ex uirgine na
tum nouerat. nullam pror
sus habere maculam culpae.
Sed quia uera humilitas ipsa

est. quam oboedientia comes
non deserit. quod prius officii
um expauit. humiliter im
pleuit. Nam sequitur.
Respondens autem ihc dixit ei;
sine modo. sic enim decet nos
implere omnem iusticiam.
Tunc dimisit eum. id est tunc
demum consensit. tunc passus
est eum a se baptizari. cum ta
li ordine cognouisset omnem
iusticiam debere compleri.
Sine me modo inquit; sine mo
do. ut iussi a te baptizari in
aqua. et tu postmodum a me
quod quaeris baptizaberis
in spu. Sic enim decet nos
praerogare exemplum im
plendae omnis iusticiae.
Ut uidelicet discant fideles. ne
minem posse hominem absq.
unda baptismatis. perfecte
iustum existere. et esse omib.
quamuis innocenter. & iuste

uiuentibus. necessarium ui
uificae regenerationis offi
cium. cum me qui sp̄s sc̄i ope
re conceptus et natus sum.
cognouerint secundae nati
uitatis subisse. uel potius si
bi consecrassent lauacrum.

Nulla personarum maiorum
contempnat ab humilibus
meis in remissionem peccato
rum baptizari. cum memine
rint dñm qui in sp̄u sc̄o bap
tizans peccata dimittere solē.
suum baptizandum in aqua
summisisse caput manibus
serui. Sequitur. Baptizatus
autē confestim ascendit de aqua.
& ecce aperti sunt caeli. & uidit
sp̄m dñi descendentem sicut co
lumbam. et uenientē sup se.
Et hoc ad impletionem omnis
iusticiae pertinē. quod ba
ptizato dño aperti sunt ei
caeli. & sp̄s descendit sup eū.

Ut hinc nimirum fides nr̄a con
firmetur. per m̄ysterium sa
cri baptismatis. aperiri nob.
introitum patriae caelestis.
& sc̄i sp̄s gratiam ministrari.
Numquid enim credi decet.
dño tunc primum caelestia
patuisse secreta. cum recta
fides habeat. non minus tem
pore quo cum hominibus
conuersatus est. quam post
et antea patris in sinu man
sisse. et sedem tenuisse caele
stem. Aut atricesimo aēa
tis anno. quando baptizat⁹.
sp̄s sc̄i dona pertepit. qui pri
ma conceptione sp̄u sc̄o ple
nus semper extitit. Nobis
ergo fr̄s km̄i. nobis sunt hec
celebrata m̄ysteria. Quia
enim nobis dñs. sacro sc̄o sui
corporis intinctu. baptismi
lauacrum dedicauit. nobis
quoq. post acceptum baptisma.

caeli aditum patere. et spm
sem dari monstravit. Et con
grua multum distantia. qui
a primus adam ab in mundo
spu deceptus. per serpente
gaudia regni caelestis ami
sit. secundus adam a spu sco
per columbam glorificatus.
eiusdem regni luminare se
rauit. Flammamq. uibran
tem. qua ingressum paradys
si. expulso adam primo.
cherub custos interclusit.
secundus adam hodierno
die per aquam lauacri re
nascentis. extingui debere
monstravit. Ut unde ille
cum sua coniuge ab hoste
uictus exit. Ibi iste cum
scorum ecclesia. sponsa
uidelicet sua. de hoste uic
tor. rediret. Immo potio
ra redemptis a peccato. ui
tae immortalis munera.

pater futuri saeculi prin
ceps pacis donaret. quam
praesentis nri saeculi pater.
princeps discordiae. uenun
datus sub peccato sua cum
stirpe perdidit. Quia numi
rum uita illa beatissima qua
deseruit adam. quamuis in
comparabili luce. & pace sub
limis ab omni curarum stimu
lantium nube serena. crebra
di et angelorum fuerit uisio
ne et allocutione glorifica.
In terrae tamen huius erat
locis constituta terrenis.
quamuis nullo labore quae
situs alenda fructibus. At haec
quam xpc tribuit. in caelo
rum est arte uita perennis
non crebra sed continua di
uinae contemplationis luce
refectio. Prima hominis ui
ta beata ita fuit immortalis.
ut possit in ea homo non mori.

si se a peccati seductione cautus
 seruetur. Secunda uero ita fi
 et immortalis. ut non possit
 in ea homo mori. non ulla pec
 cati pulsantis seductione tem
 ptari. Bene autē sp̄s recon
 ciliator in columba. quae
 multum simplex est auis ap
 paruit. ut et suae uidelicet
 naturae simplicitatem. per
 huius speciem animalis osten
 deret. Sp̄s enim sc̄i. discipli
 nae effugiet fictum. et eum
 in quem descendit. mansue
 tum mitemq. ac misericor
 diae supernae praeconem
 ministrumq. doceret mundo
 esse futurum. simul et om̄is
 qui sua gratia essent renouan
 di. simplices ac mundicordes.
 ammoneret ingredi. iuxta
 quod scriptum est. Sentite
 de dño in bonitate. et in sim
 plicitate cordis quaerite illū.

quo in maliuolam animam
 non introibit sapientia. nec
 habitabit in corpore subdi
 to peccatis. Hinc est quod
 simon qui in felle amaritu
 dinis et obligatione iniqui
 tatis permanere consensit.
 partem sortemq. in hoc sp̄u
 nequiuit. Illo enim sp̄u ple
 nus erat. qui in serpente ho
 minib. apparendo. quae ipse
 maliciae & insidiarum peste
 infectus esset corda diligen
 ter edocuit. Sed descenden
 te super dñm sp̄u. uideamus
 quid sequitur. Et ecce uox
 de caelis dicens. Hic est fili
 us meus dilectus. in quo mihi
 complacui. Filius dī bap
 tizatur in homine. sp̄s dī de
 scendit in columba. pater
 dī. id est in uoce sc̄ae & in diu
 duae trinitatis. in baptisimi
 declaratur mysterio. Et

recte. ut qui sacramentorum
suorum dispensatoribus erat
precepturus docere omnes
gentes. et baptizare eos in
nomine patris et filii et sp̄s
sc̄i. primus ipse suo in baptis-
mate. totam personaliter
panderet adesse trinitatē.
Quod ait uox paterna hic est
filius meus dilectus in quo mi-
hi bene complacui. Ad com-
parationem terreni hominis
dicit. in quo peccante. quo-
dammodo se sibi displicuisse
dī conditor insinuat cū ait.
Penitet me hominem fecisse
in terra. Penitentia quidē
in dīm nulla cadit. sed nro
more loquens qui compungi
penitentia solemus. quan-
do contra uotum nr̄a opera
uerti uidemus. Penitere se
se dixit hominem fecisse.
quem a rectitudine suae factu-

rae peccando degenerare con-
spexit. In filio autē suo unige-
nito sibi singulariter compla-
cuit. quia hunc hominem
quem induerat a peccato in-
munem seruare cognouit.
Et in hac quoque uoce patris. si-
cut et in ceteris baptizati dñi
mysteris. omnis iusticiae de-
claratur impletio. Coacter-
nus enim et consubstantialis patri
filius. descendente super eū
sp̄u. quisit hominibus intima-
tur. Ut per hoc discant homi-
nes per gratiam se baptisma-
tis accepto sp̄u sc̄o. de filio di-
aboli. in dī filios posse trans-
ferri. sicut apostolus edocet
fidelibus ita loquens. Acce-
pistis sp̄m adoptionis filiorū
in quo clamamus Abba pater.
Et euangelista iohannes. quot
quot autē receperunt eū de-
dit eis potestatem filios dī

fieri. His de baptismo nri saluatoris fr̄i km̄i put ipse donauit commemoratis. ad nos ipsos reuertamur. et quia humilitatem oboedientiamq. baptistae simul et baptizati audiuimus. per humilem oboedientiam baptisma quod suscepimus seruare curemus. Mundantes nos ab omni inquinamento carnis et sp̄s. perficientes sc̄ificationem in timore d̄i. humiliter eius subeunda & seruanda mȳsteria. eis qui necdum in his sunt initiati suadeamus. Et quotquot per gradum sacerdotalem ad dispensanda illius sumus sacramenta promoti. humiliter in iunctum nobis impleamus officium. Studeamus omnes solliciti. ut in uiam patriae caelestis quae uobis est diuinis patefacta mȳsteris. hu-

manis ipsi nobis non intercludamus illecebris. Neq. enim frustra dnm apud euangelistam lucam post baptisma orasse. et sic caelo aperto. sp̄m ac uocem patris uenisse commemoratur. Qui etiam trib. consonantibus euangelistis baptizatus. mox ieiunium xl. dierum solitarius exercuit. Sed nos p̄fecto docuit. nosq. suo informauit exemplo. ut post acceptam in baptismo remissionem peccatorum. uigiliis. ieiuniis. orationibus. caeterisq. fructibus sp̄s. operademus. Ne nobis torpentibus. minusq. sollicitis. immundus sp̄s. qui de corde nro expulsus baptismo fuerat. redeat. Nosq. sp̄italibus diuitis uacuos inueniens. septimplici peste deprimat. et sint nouissima nra peiora prioribus. Caueamus

seduli. ne ignem nobis qui
uitae iter obcludat. nrōrū
crebro accendamus fomite
uitiorum. Flammeus nā
que gladius qualiscumq.
ille est qui paradysi ostia
seruat. singulis quibusq.
fidelium. fonte baptisma
tis extinctus est. et ut redi
re possint ablati. In fide
libus aut. manet semp immo
bilis. Sed et falso fidelibus.
uocatis quidem sed nonele
ctis. dum post baptisma se
criminibus implicare non
metuunt. quasi post extin
ctionem. idem ignis reaccen
ditur. ne mereantur intra
re regnum. quod ficto ac
duplici requirunt. serpenti
no potius dente fraudolenti
quam simplici oculo colum
bini. Quae in ecclesia sua mul
tum se diligere dñs ostendit.

qui in amoris cantico ait. Ecce
tu pulcra es amica mea. ecce
tu pulcra. oculi tui columba
rum. Unde quia nobis ad di
scendam dō placitam sim
plicitatem columbae forma
pponitur. diligentius eius
naturam uideamus. ut per
singula innocentiae eius
exempla. uitae nobis emen
dationis instituta sumamus.
Amalicia fellis aliena. Omnis
amaritudo et ira et indigna
tio. tollatur a nobis cū omni
malicia. Nullum ore uel
unguibus ledit. neminimas
quidem musculas uel uermi
culos quibus minores pene
omnes auiculae. se suosq.
pullos nutriunt inquirunt.
Uideamus ne dentes nrī sint ar
ma et sagittae. ne morden
tes et comedentes in uicem.
consumamur ab inuicem.

Contineamus manus arapinis.
 qui furabatur iam non fure.
 magis autem labore et ope
 rando manibus suis quod bo
 num est. ut habeat unde
 tribuat necessitati patienti.
 Nam et columba saepe alie
 nos quasi suos fertur alere
 pullos. ipsa terrae fructibus
 et semine pascitur. Audiamus
 apostolum. bonum est non
 manducare carnem. et non
 bibere unum. Et apostolus
 petrus. ministrare inquit in
 fide uirtutem. in uirtu
 te autem scientiam. in scientia
 autem abstinentiam. In absti
 nentia autem patientiam. In pa
 tientia autem pietatem. In pie
 tate autem amorem fraternita
 tis. Conitum pro cantu ha
 bet. miser sumus et lugeamus.
 et ploremus coram domino qui
 fecit nos. Ritus noster in luctu

conuertatur. et gaudium in
 merorem. beati enim lugentes
 quomodo ipsi consolabuntur. Super
 aquas sedere consuevit. ut
 uenturi raptum accipitris
 praecusa in aquis umbra de
 clinet. Et nos mundissimus
 ac mundatur scripturarum
 fluentis seduli assidere curem.
 quarum speculis edocti. diu
 scere. et praecauere ualeamus
 insidias hostis antiqui. Tales
 quippe amat ecclesia spon
 sa uidelicet christi. quae in ama
 toris sui laudibus cantat.
 Oculi eius sicut columbae. quae
 lacte sunt locatae. et resident
 iuxta fluentia plenissima.
 Nidificare solet in foraminibus
 petrae in caeuernam aceriae.
 Petra christus est. cuius in cruce
 clauis manus. latus est lancea
 perforatum. unde continuo san
 guis et aqua. nostrae uidelicet

scificationis et ablutionis
mysterium exiuit. Macer
na eius. est uirtus coaduna
ta sanctorum. Cauerna in ea.
est sinus fraternae dilectio
nis. quod teneriores fidelium
animos. dum ad fidei spei. et
dilectionis perfectionem. nu
triendos suscipiunt. quasi in
dificantibus columbis in se lo
cum pandunt. Haec ergo
fortiorum auxilia qui adhuc
pusilli in fide sumus. humili
ter subeamus. his dominice
passionis sacramentis semp
scificari curemus. Talem naq.
omnium nostrorum conuersati
onem dominus quaerit. talibus in
tentam studius unius cuiusq.
nostrum uitam uidere desiderat
talium uoce suas laudes de
cantari ac praedicari gratu
latur. Surge inquit amica
mea. speciosa mea. et ueni co

lumba mea. in foraminibus
petrae. in cauerna maceriae.
Ostende mihi faciem tuam. so
net mihi uox tua in auribus meis.
Haec de natura columbae. se
ptem uirtutis exempla com
memorasse sufficiat. et recte
fortasse. quia a spiritu sancto qui in co
lumba descendit. septiformis
est gratia. Uerum ex omnibus.
quae de eius natura morali
ter interpretanda. humana
potest comperire sollertia.
restat unum quod de eius actu
mystico. sacra narrat historia.
Cum enim dominus in figuram fu
turi baptismatis. originalis
mundi scelera diluuii aquis
ablueret. transacta inunda
tione. scire uolens noe. qua
liter se facies haberet terrae.
emisit coruum. qui ad arcam
redire contempsit. signifi
cans eos. qui abluti. licet unda

baptismatis. nigerrimam
 ueteris habitum hominis.
 emendatius uiuendo depo-
 nere neglegunt. et nesciunt
 unctione renouari mereant.
 statim ab intima catholicae
 pacis et quietis unitate. exte-
 riora. id est saeculi desideria
 sequendo desciscunt. Emi-
 sit post eum columbam. at
 illa uenit ad eum uespere.
 portans ramum oliuae uiren-
 tibus foliis in ore suo. Anim
 aduertitis credo fratres. et melo-
 quentem uero intellectu prae-
 uenitis. ramum oliuae uiren-
 tibus foliis gratiam esse spiritus
 sancti. uitae uerbis abundante.
 De cuius plenitudine super christum
 requiescente. psalmus ait.
 Unxit te deus deus tuus oleo laetae
 ciae praefortibus tuis.
 De cuius dono consortibus christi
 dato. loquitur iohannes.

Uos unctionem habetis a seculo.
 et nostis omnia. Et pulcherri-
 ma comparatione. umbra ueri-
 tati concinit. Ramum oliuae
 columba corporalis. abluta
 diluuii aquis detulit in arcam.
 spiritus sanctus in specie columbae cor-
 poralis. baptizatum aqua ior-
 danis descendit in dominum. Nos
 quoque christi et ecclesiae membra
 quos non solum homines qui
 erant in arca cum noe. sed et
 animalia quae arca contine-
 bat. et ipsa quoque ligna ex quibus
 eadem facta est arca figurant.
 post acceptum undae regenera-
 tricis lauacrum. per unctionem
 sacri chrisimatis. gratia spiritus sancti signa-
 mur. Quae conseruare in nobis
 intemeratam dignetur ipse
 qui dedit. ihesus christe deus noster. qui
 uiuit et regnat in aeternum.
**IN PURIFICATIONE
 SACRAE MARINAE.**